

entes, subiectum res omnes, non quatenus res sunt, sed quatenus secundis notionibus substantant, ijs videlicet, quæ cognitioni nostræ ad veritatem adipiscendam inseruiunt; statuere audent: perperam tamen statuunt; quia reliquæ artes Dicendi similiter secundas notiones, cognitionis ac veritatis cause habent, rebueq; imponunt.

XXXI.

Deinde habet quidem Logica secundas, & omnium generalissimas notiones, quæ substant sive subjiciuntur physicis, ethicis, & alijs rebus; quarum tamen propria noëmata manent à Logicis noëmatis distincta: Si vero illud subst. re est ijs in Logice essentia stare, quali etiâ penicillo categoriæ colorantur) certè Rationis, & Rerum Verborumq; entia & noëmata in unam Logicen cumulant; quod sane absurdum & monstruosum.

XXXII.

Neḡ verò omnino approbamus eorum sententiam, qui acriter affirmant, Rationem, seu Intellectum esse Logices objectum proprium & internum: sed potius distinguendum esse statuimus: quia mens & intellectus noster, quatenus consideratur secundum essentiam & qualitates suas, est pars objecti Physici: quatenus autem accidentaliter consideratur, tanquam rude quid & expoliendum, eatenus est commune subjectum omnium scientiarum & artium. Huic enim precepta & regula omnium artium per sensus & memoriam insinuantur.

XXXIII.

Atq; hæc de Logicæ subiecto: restat Finis. Quia verò erroris genitrix esse solet aquivocatio; antequam de fine Logices nostram sententiam exponamus, haud alienum esse à proposito nostro iudicamus; sū breviter, quid verè dicatur in Logicis finis, & quomodo vox hac ab alijs etiam usurpetur, præmittamus.

XXXIV.

Finis vox propriè sumitur in Logicis I. pro principio causante, seu constitutivo, & rem finitam, vel ex causis effectam perficiente. P. Ramus 1. lib. Dial. c. 8. Casus Instit. Dial. pag. 209. Ut autem hic Finis Efficiente, Materia, & Forma est posterior: ita prior est effe-cto, & eius usū, neq; cum eo confundi poterit; Vnde etiam Philip. inter causam finalem & finem lib. 4. Dial. de Ca. Finali. optimè distingvit. II. Deinde finis usurpatur pro eo, quod ab aliquo expositur, & in quo postquam